Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40507
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Incipit expositio magistri hugonis de sancto victore super regulam sancti Augustini episcopi

Et preceptum quod subscriptum sit. ideo regula appellantur. quia viis nostris recte incedentibus norma exprimunt. Regula autem dicitur eo quod recte regat. ut recte doceat. Et quod nos dicimus regula. ipsam canon appellat. unde ecclesiastica greco nomine canonici. regulares appellantur sicut hi qui in monasteriis constituti. certa regularia preceptum sororum patrum. canonice atque apostolice uiuunt. Cum ubique dicitur. hoc sit quod ut obseruetur. preceptum in monasterio constituti. Ad hoc nobis diuina preceptum legunt. quatenus lecta intelligant. et intellecta opere opleant. Sed si intelligunt. et non opleant. meritum eorum illa sententia qua dicitur. Seruus qui scit voluntatem domini sui et non facit. plagis uapulabit multis hinc paulus ait. Non enim auditores legis. sed factores iustificabuntur. Audiamus ergo sancta preceptum per dominum. et memores simus mandatorum ipsius ad faciendum ea. quia sicut dicit beatus iacobus. Qui respexerit in lege perfecta libertatis perseuerauit. et permanebit non auditor obliuiosus factus. sed factor operis. hic beatus in factis suis erit. Et dicitur in scripturis. Beatus qui audiuit ubi dei et custodiuit illud. Igitur quia preceptum nobis in monasterio constituimus. huius rei attendamus. Primum igitur quod ipsum. quia estis in unum congregati. ut unanimes habitetis in domo. et sit vobis anima una et cor unum in deo. Prima nobis admonitio fit de unitate et concordia. et tali concordia qui in deo sitis. Sed quia concordia ad faciendum prima mala est. concordia uero ad faciendum bona est. hoc est quod in unum simus congregati. sicut in fluuio diuino unum spiritum et unum animum omnes habeamus. Et ideo precipit ut unanimes habitemus in domo. et sit nobis anima una et cor unum in deo. Quoniam non ut in uno simus corporaliter. sic sit habitemus spiritualiter. Non enim prodest si nos omnes una domus. et sed mentes diuisa voluntas. plus ei attendit unitas animorum quam loci. Ecce in una domo simus plures homines. diuisi mores. diuisa corda diuisi animi. hoc quia debet iungere in unum. una mente et unus amor in deum. debemus ergo hoc esse unus animus et unus voluntatis ut simus deo. ut diligamus deum eo toto corde et ex toto anima et proximum nostrum sicut nos. Nec tria utique nobis est unus concordie. quia sic hinc pax. Si hic tu uenit ad monasterium incipit se spoliare ipsa voluntate. atque illum imitatur qui ait sicut uenit facere voluntatem meam. Et iterum. pater non sicut ego volo. sed sicut tu. hoc est ei quod maxime adducat concordia. si quisque non sua. sed alterius voluntate studuit facere in bono. Et hoc est magnum humilitatis indicium. Inde gratia obtinet charitas atque iustitia. et ceteri uirtutes. Quod si ego volo facere voluntatem meam et iste suam et ille suam. fiunt dissidia et oriuntur lites. ire quoque et rixe. quia sicut opera carnis. et sicut ait apostolus. qui talia agunt regnum dei non obtinebit. Quia quidam in congregatione obstinati in suo sensu. sapientes in suis oculis. hinc hoc quod in alio corripiunt. quasi ex rone defendunt. non se alios sed alios se applicare contendunt. et sunt qui non obtempari statim admonitus atque alios perturbat. Tales sed esse rebelles mandatis seniorum. plurimique in eis regnat pessima idem et impatiens. Isti non sunt idonei ad concordiam. Sed aperta porta apti euanuerunt in congitationibus suis. et obscuratum est insipiens cor eorum. dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Magna quippe obstinatio cordis est superbia. et valde stulta sapiunt. alios se uelle preferri. Quo contra apostolus ait. Si quis uiderit se esse sapientem in hoc mundo stultus fiat. ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi stultitia est. et secundum deum magna sapientia omnibus se iudicare minorem. Inde scriptum est. Quanto maior es tanto humiliate te in omnibus. Hinc dominus discipulos suos. inquit quos contra eorum esset maior. statim eos ad humilitatem et concordiam reuocat. dicens Qui maior est inter uos seruus uester. et ipse filius hominis non uenit ministrari sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis. Ergo unanimes habitemus in domo Domini ei est et iocundum deo habitare fratres in unum. Non tam ei placet mira iejunia. mire orationes mira sacrificia quam mira concordia. Ideo dicit in

Quod agnitio vitio concordie

De diuina scriptura non legitur

Non de unitate et concordia

hic